



Oratio siue Inuitatio,

CLARISSIMI VIRI D. N.
CHRISTOPHORI WALCHII,
I. V. D. celeberrimi, Summi Tribunalis Württembergici Advocati præstantissimi: habita ad Barones ac Nobiles in Illustri Novo Collegio commemorantes.



UANTUM SEMPER, Illustres ac Generosi D. Barones, vosq; Iuvenes Nobilissimi: Quantum inquam semper, ac quam gloriosum fuerit nomen Jurisconsultorum, pleni sunt omnes libri, plenæ sapientum voces, plena exemplorum vetustas. Cicero enim, parens illæ eloquentiæ, vt ex multis vnum aut alterum referam, in lib. de Oratore, ipsorum domos, oracula ciuitatum adpellat, & Q. Mutium cum Pythio Apolline comparat, quòd is suo iure quoque dicere possit, quod ille Pythius apud Ennium, se esse eum, vnde sibi, si non Populi & Reges, at omnes sui ciues consilium expetant, dum inquit:

*Suarum rerum incerti, quos ego mea ope ex
Incertis certos compotesq; consilij
Dimitto, vt ne res temere tractent turbidas.*

Illorum quoque splendor atque dignitas ex eo quoque elucescit maximè, quod Impp. Leo & Anthoninus Iureconsultorum operas ijs vtilitatibus, quæ ex bellicis rebus comparantur, exæquare minimè dubita-

ta.